AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
2. Viertel 12. Jh.
Seite 50r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Non enim potest qui uerbum sequitur panem desiderare, tremunt cum panis
substantiam celestis accipiat. Humana enim diuinis prestare non dubium est
et corporalibus spiritalia. Et ideo quantam uiam desiderat illum panem expec
tat qui per insensibilem substantiam humana corda confirmat. Simul cum
diem non in pane solo uiuit homo. ostendit hominem esse temptatum hoc est
susceptionem nam non sua diuinitate. Sequitur iactantie telum. peliue
delinquunt quia cum homines glam uirtutis sue iactare desiderant de
loco meritorum suorum et statione decidunt. Et dixit illum inquit inhieru
salem et statuit eum super pinnaculum templi. Ita enim est iactantia. ut dum
se putat unusquisque ad atriora ascendere sublimium usurpatione factus
ad inferiora tradatur. Et dixit illi. Si filius dei es mitte te deorsum.
Ecce diabolica uox que mentem hominis degradu atriori meri
torum percipitare contendit. Quid enim tam proprium diabolo quam suade
re ut unusquisque se mittat. Disce quaeso tu diabolum uincere. agat
te spiritus sequere spiritum. non te reuocet carnis illecebra. spiritu plenus
disce contempnere uoluptates. ieiuna si uis uincere. et sequens
est ut per hominem diabolus te putet esse temptandum. Xpe qui fortior
facie ad faciem temptatur. tu per hominem. Et illud diaboli ubium est
cui dicit. homo fortis es manduca et bibe et similis mane. Noli
te tibi credere. non erubescas egere pisidius quibus egebat xpe.
Et tamen ea nonne legebat cum doceret dicens. cauete ne grauetur
cor uestrum in uino et crapula. Non erubuit paulus qui ait. sic enim
cor non ut aere cedens. Aera quidem non cedebat apli. sed potestates aeri
as uerberabat. Castigo inquit corpus meum et seruitutem redigo.
ne forte cum aliis predicauerim. ipse reprobus inueniar. Simul in
firmitate sua diabolus malicia quaesiuit designat. qua nemini potest
nocere diabolus. nisi ipse se leserit. Hanc qui relictis celestibus
terrena elegit. uoluntarium quod dam periturum unde labentur in
currit. simul quando telum suum diabolus uidit obtunsum quod omnis